

Reuerēdissimo

Senogallie E

cāto. Ticinēsi

noꝝ. H. Se. C

Ignū p

f uir. qꝫ. l

si exilia

altissima. & si im

terioribus diebu

sio/inchoauerim

simi Io. Sco. M

mi. oꝛonem in su

nationē subiecti

qua. cum de sign

auditoribus plac

in publicū illam

& amatis nil eē

Nollē. n. dilecti

est. signum & es

nā exierit libra

multas utriusqꝫ

pulis satisfacere

cumentum acce

uate. F. Petrāche

īpius & multoꝝ

Donatū mittent

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

240.

ē:

ar

ii

I.

&

ai

u'

na

is

si

la

.i

is

ut

o:

o:

is

er

st

ci

o'

no

ui

ad

n.

240.

Reuerēdissimo Dño. D. Marcho Vigerio Sagonē:  
Senogallie Ep̄o: & Comiti optime merito; Mar  
cāto. Ticinēsis: Doctor Theologus, ordinis Mi  
norꝝ. H. Se. Co.

Ignū prudētis est (Reuerēdissime presul.  
uir. qꝫ litteratissime) se ac sua cognosceꝝ: &  
si exilia sunt. ingentia facere posse: si ima  
altissima. & si imperfecta/perfecta: Cum igr̄ ego su  
perioribus diebus in hoc nostro Bononiēsi Gymna  
sio/inchoauerim quartū librum sentētiarꝫ Diuini  
simi Io. Sco. Mihi preceptoris. tibi aut̄ familiarissi  
mi. orōnem insulsam/habui. pro prefatiōe ad expla  
nationē subiecti opis/a nobis. hoc āno exponēdi. ī  
qua. cum de signis pertractauerim. multis carissimis  
auditoribus placuit/qui me sūmis p̄cibus rogant. ut  
in publicū illam tribuam: illis respondeo: uos amo:  
& amatis nil eē negandū cēseō: sed me plus diligo:  
Nollē. n. dilectissimi mei. qꝫ n̄a oratio. que d̄ signis  
est. signum & esset/mee imperitie / & amentie: si/ei  
n̄a exierit libraria / & per orbem ierit: Tandem post  
multas utriusqꝫ ptis argumētationes. decreui disci  
pulis satisfacere: & honorem seruare proprium: Do  
cumentum accepi. n. a disertissimo & ingeniossimo  
uate. F. Petrācho. Cuius libellum de ignorantia sui  
īpius & multorꝫ. memini iam legisse alias/quem ad  
Donatū mittens. in epistola tale scribit exemplum.

Q uod hic tibi scribo. Est inter amicos hic fallendi  
usus. pauxillum pomorū uel exiguum obsoniū mis-  
suri. uase argenteo inclusum. candido linteo ob-  
uoluimus: nec plus nempe quod mittitur: nec meli-  
us. Sed accipienti gratius: honestius fit mittēti. Sic  
& ego rem paruā pulcro uelamine honestaui. Cūq;  
epistolam possem dicei librū dixi. Sic etiā ego pul-  
cherimo signo & aparatu meam hanc de signis ora-  
tionem signare ac ornare consideraui: Signo igitur  
illam. & a signo / dedico / consacro / & sacrifico. tuo  
per uniuersum terrarū orbem. Illustrissimo nomini.  
quo nō possum nō arbitrari. eā pulrimū illustrari:  
Aliud ī mentem simile uenit erudimentū: Record-  
tus sum. q; elapso āno / cum quodam familiari meo  
uiro perito. cuius nomen hic fileo. ī sermonem icidi.  
De ingenio & de elegātia P. Orosii ātīqui (uti scis)  
scriptoris: post multa iter nos de orosio dicta. Fami-  
liaris ille meus facete. locoseq; dixit (& si uere) po-  
tissimum ingenii orosiani signum est q; suum histo-  
riarū uolumen diuo patri Augustino ī titulauit. Splē-  
detq; tāto titulo liber ille: quam rem mecum ipse co-  
gitans. ex ea cautior factus sum: Nam cum te pater  
prestantissime. ab ineunte pueritia mea. uirū q; doc-  
tum cognouerim: nupime aut dū papie essem. Vi-  
di apud Reuerendum Mg̃rū Gometium (nostra  
etate scotistam unicum) diuina illa tua opera. sacra  
euāgelia explanātia. & dei secreta interpretātia: que

dum lectitarem te nostris seculis alterum. Augusti  
 num admiratus sum: hoc scentit. & ipse Gomeius:  
 talia doctrine & sapientie / in ipis / aparent signa: Vo  
 lui ergo. & si Orosius non sum ego. tibi tanq̄ meo /  
 Augustino / tenue istud meum munusculum ascri  
 bere & largiri: res enim parua. a Magno p̄cipe ac  
 ceptata / magna uideri solet: postremo nolui hoc me  
 um debile munus / ante altare tuū offerre. nisi cōsult  
 primo. ab Antonio Iustiniāo. in p̄sentia / Veneto Ora  
 tore: Apud sanctissimū. D. D. Alex. vi. uiro sapiētissi  
 mo: Integerimo. & scoti optimo alumno. Quo du  
 ce n̄ra oratio / ante te uēit. secū portās Iustiniāi appro  
 bationem. & consilium in l̄ris suis. his nostris appo  
 sitis: Eas nanq; uidere poterit tua Reuerendissima  
 D. quam humiliter supplico. ut hanc nostram pus  
 silem hostiam (licet signis grandem) suscipere di  
 gnetur: & Benedictionis tue signo / eam signare:  
 quo lucenti signo. ut Cerua Cesaris. tutta ad om  
 nes litteratos accedere non dubitabit. Vale pa  
 ter Collendissime: Bononie die. xx. xbris. M. D. II.

ILLVSTRI DOMINO ANTONIO

Iustiniano: Veneto Oratori: Doctoriq;

insigni. Marcanto. Ticinēsis: Doc

tor Theologus. Ordinis Mi

norum . S. P. D.

**I**gna ip̄a. Quantum nobis necessa  
ria sint (uir inclite ac doctissime) sci  
re paululū poteris. ex hac n̄ra arida  
oratione: Quā hic Bononie. p̄ inni  
cio lectur̄ quarti libri sentētiar̄ diui  
nissimi. Io. Scoti cōis p̄ceptoris n̄ri  
habuimus. Quem librū. hoc āno interpretaturus sū.  
Et sine pausa (ut me legētem nosti) & quā incultā  
orationem ad te mitto. in signū ueri ac indubitati ū  
ter nos amoris: De uirtute nāq; ī uirtutem p̄ficisci.  
& ī eā firmiter p̄seuerare. optimū est p̄bitatis signū:  
Vñ p̄seuero ego (ut diu cepi) uidelicet tibi tāq; meo  
Appolini. oīa mea scripta destinare / corrigēda: casti  
gāda ac approbāda: & si amorī quē erga te habeo /  
aliqud nō posse accedere certissime puto: cū ad sūmū  
gradum iam puenerit (accipiendo sūmum ut capit.  
Ico. n̄r in. xiii. dis. iiii. de sūma gratia anime xp̄i largi  
ta) Cōtinuo equidem igitur. & in p̄sentia ad te uelu  
ti ad fornacem. & ad solidum ignem. (nescio si di  
cam) aug; hoc meum mitto examinandum: proba il  
lud tu Iustiniane. puro illo tuo iusto ac splendēti in

genio. quo recondita & archana rei. p. tue Vene  
 te fiscitas & purgas / cum pont. Maximo. Alex. vi.  
 apud quem legationis munerē. nūc merite fungeris.  
 munus non modo tuum: non rei. p. Venete. Sed to  
 tius latii & Cristianitatis / Donū super omne donū:  
 Vide Antonii. si uia alchimie. in me est / & falsitatis.  
 & deduc me in uiam bonam. atq; perfectam: Mole  
 sta forsitan tibi erit oratio: fateor: sed & molesti sunt  
 mihi auditores mei. qui eam in publicum dari op  
 tant: Quam rem absq; consensu & cōsilio tuo. age  
 re nollo. Quāq; igitur negotiis rei. p. tue cum sãctis  
 simo Dño. D. nostro. Alex. Die noctuq; seruias. po  
 teris etiam altitudine ingenii tui. ambagibus meis  
 deseruire (imo seruias tibi ipi) poro dei est. infirmos  
 sanare & mortuos suscitare: sana me ergo Antonii  
 doctissime. & scripta mea. corrige & emenda. ne qd  
 legentes / inueniant corrigendum. deq; publica eius  
 impressione cōsule: Vellem demum nostram hanc  
 orationem a te uiuificatam & animatam (si mani  
 festari eam consulas) ascribere & sacrificare Reue  
 rendissimo. Marco Vigerio. Sagonensi. Senogalie  
 Episcopo: Viro sacro & litteratissimo / & Sco. nr̃i  
 sanctissimo interpreti. quem / fama scio te cogno  
 scere: Iudica tu / & consule si digna erit tanto titulo.  
 & si egregium erit Vigerinis aris Holocaustum. Li  
 cet de hac re non sit consulendum: Nam cum a te  
 spiritū habuerit. & hendelchiam. Dignam Ioui uic

timā q̄s. n̄ dicat: Signa ergo eā tu. signaculo uite. &  
signatā. ad nos r̄mitte: Vale: Bon. die. xix. oct. 1502.

Anto. Iustinianus: Doctor. Venetus Orator. Reue  
rēdo patri. Sacre Theo. Doctori. Dño Mar  
co Antonio. Ticinensi: Ordinis Mi  
norum. Bononie. Regenti  
Benemerito.

Aluus sis. Marce Antonii Suauissime:  
**I** Orationem tuam in principio Q uarti  
Sententiæ. Ioannis Scoti. subtilissimi  
preceptoris nostri lucubrātā. ubi de si  
gnis aut sacramētis mentio fit. libētissime uidi: atq;  
quoad mei ingenii uires queūt. diligentissime exa  
minaui: Quam me hercule. cum reꝝ copiam clarif  
simarꝝ reffertam approbauerim. tamen sūmam eorꝝ  
uarietatem impensius. admiratus fui: Dictionē qui  
dem. in illa latinissime obseruatam. in presentia lau  
dare omittam: que Ciceronis unūquēq;. uel insi  
gniter amatorem. ne dū te circa barbaros auctores  
uersantem. dignissime deceret. Quoꝝ lectio (ut p  
be nosti) ad linguā Romanam acqrendam. nocua  
potius. q̄ usui. alioqñ. esse solet: Illud igit̄ hic tecum.  
agere decreui. quod nr̄e professioni. magis consenta  
neū: magisq; ad rē spectare ur̄. licet id ipsum (etiā  
paucis) (& ut mea fert cōsuetudo) (nec nō tua mo  
destia) mihi p̄sepe expetere. uisa ē: p̄sertim ubi aliq̄

pprie laudis occasio excitaretur : quæ res. quātū in  
 genua. mētisq; generose. existimanda sit. haud faci  
 le exprimerē. Quid. n. liberalius. p̄stātīq; aīo erecti  
 us. cōtingere post. q̄ uele plurimū facere. minimoq;  
 de se sermoni ac quiescere : Sententia itaq; mea. ni  
 hil in ista oratione a te p̄tractatum est. quod nō cui  
 uis theologorū schole. merito cōueniret. nihil medi  
 fidi<sup>9</sup>. elaboratū. qđ plures: cū ueterū: tū recentiorum  
 sapiētes. maxima cū laude nō factitarint: Quid nā  
 queso laudabilius. q̄ uite humane ea ex amasim in  
 uestigare: per que maximopere expedientia rite ip̄a  
 regat atq; cōseruet: & sine qb<sup>9</sup> stare nequaq; ualeat.  
 Sic. n. signa hoīum generi. necessaria eē duxerī. nō  
 ut idumenta dicūt: aut cōtra frigus: aut cōtra calorē  
 pmouētia. Sed ut aīam ipsā ad spirādū. necesse. req  
 litā: p̄peaq; te p̄cipua comēdatione dignū. nō imeri  
 to iudicari. q̄ eiusmōi declarasti: p̄tereo denuo (ut  
 sup̄ius rettulli) colores retóricos. ī illa aptissime figu  
 ratos. qbus/ut ea. que psuadere intendis/finem cōse  
 quātur suū. eloquētissime uteris : adeo pulcherima  
 hīc īde sparsa. ī unū reducta. q̄ faberrime excudisti:  
 Qua p̄p. te ēt. atq; ēt exhortor. nō tātū cōsulo/ qđ p  
 lras a me. exposcere uideris: ut istis tuis p̄ciosissimis  
 laboribus. cōfestim. publico donar uelis. atq; sedule  
 ip̄ssorū industrie creditis/ q̄ plurimos bonarū artū stu  
 diosos/ iuuar coneris. Vñ tā honorificū. q̄ q̄ honori  
 ficētissimū tibi nomē. p̄culdubio/ aq̄ret. q̄ ī rerū na

tura / optimū cēseri . nō incōgruū / pūtauerim : & . n . si  
ip̄a diuitiarū munificētia . nō ī postremis sibi locū ho  
noris uendicat . non illa benigna animorum conces  
sio . que immortales suimet effigies omnibus accura  
te inspecturis / maxime proffecturas errogat . longe  
potiorem laudis sedem assequi debet : non est quic  
quam ( mihi crede ) melius : nil mortalibus / optabi  
lius . q̄ in re litteraria . bene de se audire : concta pro  
fecto alia . quib⁹ nos deus optimus donatos uoluit .  
quo spectabiliore ac desiderabiliore animantes /  
animantibus redderet certo temporis interuallo in  
tercidūt : cassa q̄ . eternæ obliuioni mandantur : sola  
autem fama . litteris comparata . celestibus / nos per  
petuitate equiperat : Igitur citius q̄ fieri poterit . ope  
ram dabis . hoc tuo diuinitus bono . litteratos omnes  
liberaliter impartiri : Q̄ d̄ a me deniq̄ cōsiliū postu  
las . Si orationem . Reuerēdissimo Marco Vigerio /  
Episcopo senogalie . uiro non minus docto q̄ Reli  
gioso / ascribere debeas ( ut optas ) in hoc . laudo te  
plurimum . q̄ prometheum sis immitatus . Etate no  
stra audio neminem : a quo sanctius / lumen : sanctio  
remq̄ spiritum . habere possit / hec tua oratio . q̄ a se  
nogalensi Ep̄o . Cuius nomen celos penetrat : igitur  
q̄ ei sacrificium hoc tuum offerere intēdas . non mo  
do consulo . uerum & comendo . & q̄ id exequaris q̄  
primū . iure amicitie nostre tibi mando / ac precipio :  
Vale : Rome decimo . Kl . Decēbris . MD . II .

De signis. Oratio Marcantonii Ticinensis: Doc-

toris Theologi, Ordinis Minorū. Habi-

ta Bononie. in principium lecture

quarti sententiarū libri: Diui-

nissimi Ioannis Scoti.

M. D. II. Die. xxvii.

Setembris.

Ignis ip̄is. adeo uiuim⁹. P. C. Regimur  
**S** ac sustentamur. ut sine signis fere / esse  
 nō ualemus: Ita profecto. P. (ut iterū di-  
 cam) signis indigem⁹. dum presertim  
 hac mortali / fruimur uita / ut cūcta que cernimus. si  
 gnis esse composita facile arbitrandum sit: Quam  
 rem asserendo. a nostro Pytagora discentire. non ui-  
 debimur. qui ex numeris oīa esse: stare. atq; uiuere.  
 palam fari non dubitabat. Et qui. n. ii. sunt numeri.  
 nisi signa? Que res. ē sacre est consona scripture.  
 nos docenti. q; omnia fecit deus in numero ponderē  
 & mensura. per que hec / ip̄a signa significari uoluit:  
 Et cum nobis due sint uite. sicuti & dupliciter nasci-  
 mur. put paulus Apostolorū apostolus ad Cor. scri-  
 bere uidet⁹. carnaliter siue temporaliter & spiritua-  
 liter. Et nō quod spirituale primo. Sed qđ carnale /  
 demū qđ spirituale est: Ita duplicia sūt nobis data  
 signa: primo uidelicet naturalia. qbus si careremus.  
 eqdem naturaliter uiuere neqremus. de qbus. Afri.

248  
eius uite processu traditur: nam apud Rubiconem  
amnem. Cesari dubitanti. ostentum in uictorie si-  
gnum aparuit: Quidā eximie magnitudinis. in pro-  
ximo sedens. & arūdine canēs. & rapta ab uno tuba.  
profiliuit ad flumen. & ingenti spiritu classicum ex-  
orsus. pertēdit ad alteram ripam: Tunc Cesar. eatur  
inquit. quo deorū ostenta. & inimicorū inniquitas uo-  
cant: Iacta est alea inquit: Apud. Sue. Tran. quot &  
quanta inuenimus signa/ante mortem eius: pariter  
de Coruino: De. M. Torq̄to: De Ciro: De Theseo:  
De Alexandro: De Xerse: Deq; multis Clarissimis  
uiris scriptum legimus: Per signa. in omnibus ani-  
malibus masculinū sexū cognoscim⁹ & femeninū.  
& non solum in illis quorum genitalia manifeste  
aparent. sed & in auibus celo meantibus. & in ser-  
pentibus solo latentibus: nam quedam auicule. per  
quedam signa: aut circa collum: aut in rostro: aut in  
lingua/ cognoscūtur masculini esse. aut feminini se-  
xus. sic serpentes aliquo ferocitatis signo: Muliercu-  
le uero. ut earū galinas & anseres magis cognoscant  
a non suis. signo aliquo signant: sic oua recentia ni-  
gro carbunculo notant. ut a non recentibus disernā-  
tur: pastores oues suas. reliquumq; gregem. aliquo  
caractere signant. ne tam facile perdantur: Ita e-  
quorum Gregarii. equos stigmatizant particula-  
ri quodam signo. in quo signo. plures sepe de-  
cipiuntur emptores: ymo eorum dentes. nobis

indicant. significant. & computāt annos: Colloni  
 agros & predia quibusdā lapidibus signant / quos  
 terminos uocant: & quos terminos ueteres adorasse  
 ut deos. apud Ouidium de fastis. Inuenimus: logi /  
 ci suos ēt terminos signa asserunt. Sed non ecōtra:  
 Antiqui etiā. bonos dies ac faustos. Candido signa /  
 bant lapillo / malos uero notabāt nigro: Temporum  
 serenitates & tempestates per multa signa uēturas.  
 Cognoscimus / quēadmodum Aris. in Methauris &  
 Pli. in suo libro naturalis istorie erudiūt nos / & Ma  
 ro noster. Vir. in georgicis. & in Eneidos ait: Irim  
 de celo missit saturnia iuno: Naute aut ab ipō mari.  
 uel a quibusdā mōtibus: uel a uentibus: uel ab aere /  
 & procellas & trāquilitates noscūt neptuni: Eodem  
 modo agricole: uel galli cantu: uel ab armento: uel  
 ab aere: uel a montibus: uel a uentibus: uel a musca  
 rum morfu. temporum cursum / predicant: At ho  
 minum nature / a signis indagātur. ut per ipam phy  
 sonomie artē. Et non mō homines / uerz & equi. &  
 cetera aīalia. que bona. & que non. signis quibus  
 dam cognoscūtur. imo & que aīalia non sunt / ut ar  
 bores & plācte / earzq; fructus / p̄cipue ex aliquibus  
 signis. noscere melones conamur: puta aut ponderē:  
 aut ab odore: aut floris āplitudine: ficusq; bonos ex  
 capitis inclinatione notamus: Nōnulla aīalia ad coi  
 tum per signa uadunt: uacha ad taurum / in solito  
 quodā mugitu: Vipera p̄gressa ad maris litus. sibili

signo testificata / presentiam sui. ad conjugalem am-  
plexum murenam euocat: Et gallus galinatus. reper-  
to cibo / dat signum uocis galline ut accurat: & colū-  
bus gemitu. columbam uocat. & ab ea uicissim uo-  
catur. & multa huiusmodi aduerti solent: nā & uul-  
tures / mortem hominum signis quibusdam anūtia  
re cōsueuerunt / quo inditio edocti atq; instructi sūt /  
ut cum bellum lacrimabile inter se aduerse acies in-  
struant: multo p̄dicte uolucres sequantur agmine /  
& eo significant / ut multitudo hominum sit bello ca-  
sura: preda futura uulturibus. q̄ utiq; ex sp̄tie in-  
structionis humane. quadam uidentur ratione col-  
ligere: Si que legimus / per signa legimus. nam litte-  
re characteres sunt & signa: Si loquimur per signa lo-  
quimur. nam uox ip̄a signum est memoratiuū put.  
sco. in. ii. dis. xlii. declarat / docetq; i. xi. dis. eiusdē. ii.  
q̄ si aliqua / aut agere: aut percipere uolumus signis  
plurimum adiuuamur. Inde iuente sunt campane.  
Tuba & reliqui clangores: Si cordis intima foris ex-  
primere uolumus signis idigemus ipsis: Heu / quid  
dico. incunctis actibus nostris. signis uti. opus est:  
nam intellectus noster in intelligendo primo a sen-  
sibilibus mouetur signis / sicut omnis philosophorū  
declarat scola. Sensus autem non nisi per exteriora  
signa agit. Mathematici quoq; figuris tantum & si-  
gnis utuntur. planetarii presertim. qui duodecim il-  
la famosa signa. in obliquo zodiaci circulo. ponunt

per q  
sex h  
plere  
runt  
temp  
sit: S  
reffer  
Reff  
i sign  
caba  
Nōn  
Gene  
segā  
signu  
runt  
nostr  
prop  
prop  
sanc  
care  
mere  
nos  
gnar  
tires  
Impe  
Baro  
pisco

per quē solem in trecētū sexaginta quīq; diebus:  
sex horis & nonnullis minutis cursum suum com-  
plere autumāt: Nobilium profapie stigmata deffe-  
runt. Quibus omnes ex illa familia in omni loco &  
tempore cognoscuntur. propter quod satiricus scrip-  
sit: Stigmata quid faciūt &c. Vnde Vir. dixit de. C.  
refferentem signa camillum. & Lucanus de Iulio ait  
Refferentem insigna querqu: Iulius. C. aquilam  
i signum gerebat. Marius quoq; ad pileum suos uo-  
cabat: omnes similiter milites ppria habent isignia:  
Nōne nostros Illustrissimos aspiciamus Bentiuolos  
Generosam portantes ferram. quam uuglares segā  
segā clamitant / aureo rubeoq; colore reffertam: qđ  
signum est. qđ omnia mala uicia secarunt & amputa-  
runt ab hac preclara urbe Bononia / merito studioꝝ  
nostrorum parente apelata: in qua Bononia / Tum  
propter loci commoditatem & amenitatem. Tum  
propter ipsorum clarorum Bentiuolorum duchum  
sanctum regimen. nobis studere & bonis artibꝯ ua-  
care concessum est: Quibus pro hoc munere / innu-  
mere sunt gratie agende: Quatuor euāgeliste. apđ  
nos Cristicolas per quatuor uaria animalia deli-  
gnantur: parimodo alii sancti & Cōfessores & Mar-  
tires / diuerso signo celebrantur: Et distinctis signis.  
Imperatores: Reges: Duces: Comites Ceteriq;  
Barones / percipiūtur. Sic Papa: Cardinales: Archie-  
piscopi: Episcopi: Paruarce: Abbates: Prioresq;

noscuntur: sic inter religiosos. uaria sunt instituta signa: in colore: in habitu: in barba: in rasura capitis: in ambulando nudis pedibus. & calciatis. in portando ligna sub pedibus. & alii sandalia: in loquendo: in sacrificando: in bibendo duabus manibus: & una sola: Iudei quoque uel per. O. uel per aliud signum / inter alios monstratur: Mercatores signa habent. inde natum est prouerbiolum: ad signa cognoscuntur merces: Monete per signa sunt cognite: omnesque artifices super eorum abotecas signa aponunt: ita tabernarii. & reliqui uenditores: falsi lusores (& quos nostro sermone barros dicimus). signa dant ad inuicem quum quempiam decipere satagunt: ita proditores dant signa. ut iudas qui dixit. quicumque osculatus fuero &c. Magici uero & incantatores. absque signis & caracteribus. nihil agunt. ut est apud Apuleium: Veneramur ueque sepe. statuas: imagines: plurimaque alia. quoniam signa sunt egregiarum rerum: Immo ipsis signis simulacris ue. Egregii animi / ad gloriam potissime accenduntur: Profunt signa ad egritudines sanandas: nam & medici in sanandis. curanturque corporibus signis (& non aliter) se gubernant: in urina: in pulsu: in sputo: in colore sanguinis: in creticatione: in materia fetida: Profunt & plurimum signa ad ueritatem indagandam: ob quam rem dixit uates: Heu quam difficile est crimen non prodere uultu. Quoniam per exteriora signa: secreta animi spectantur: unde obseruant signa & presumptio

nes domini iuriste pro ueritate inquirenda. ut in toto titulo de presumptiōibus hñ: imo signatio rei. hñ loco traditionis. uti signatio trabis est: hñ tex. in. l. q. si neq. ff. de periculo & comodo rei uendite: Celebres uiri per signa. & per coniecturas iudicatur: Dixerunt enim iudei Christo. quod signum oñdis nobis &c: & alibi: hic homo multa signa facit: & alio in loco. nisi hic a deo esset. hec signa. nō faceret: Principum & quorūcūq; littere. ac priuilegia. pprio sigillo muniūtur. & signātur: Notarii. per propria signa & tabelliones. eorū scripta. autentica reddūt: Deus etiā seruos suos signat. iuxta id apoc. Nolite nocere terre & mari. neq; arborib⁹. quousq; signemus seruos dei nostri in frōtibus eorū: Et ut d̄ Beato patre n̄o Francisco canit ecclesia: Signasti dñe seruū tuū Frānciscū: Et si fidem damus pximo. in signū eiusdem. dextrā iungimus dextre: Et pro caritatis signo. osculum habemus: Sed quid plura loquor? nos homines. ceteraq; omnia / iuniuerso existentia. signa sumus. magni tonantis dei. potentie & infinite uirtutis: Dicente apostolo ad Ro. primo. Inuisibilia enim ipius. ex creatura mortali p ea que facta sunt. intellecta cōspiciūtur. Qui dominus omnipotens. nobis suam confert gratiam. per signa & sacramēta. Ad quorū declarationē. secundario atq; ultimo condescendo.

f Igna septem sacramēta. & spiritualia. largitur nobis dominus omnipotens. per me

b

diatorem iesum xpm. D. nostrum. qui significatur no-  
mine samaritani illius piissimi. qui hominem a latro-  
nibus spoliatum: uulneratum. semi mortuumq; reperit.  
& ei medicamenta contulit. in signum olei & uini:  
Hic uulneratus. humanum genus. figurat & signifi-  
cat. ualde mutatum ab illo. in sua prima productio-  
ne. Samaritani. & n. uocabulo. custos significat: hoc  
habet interpretatio: Et quis est custos. nisi ille de quo  
dictum est in psalmo. cxiii. Custodiens paruulos do-  
minus: Nos paruuli sumus: Ipse dñs custodiat nos:  
sua nobiscum utens misericordia. & largiens suam  
infinitam gratiam. latentem tamen sub aliquibus si-  
gnis sensibilibus. que signa (uti diximus) septem  
sunt sacramenta. & propter hoc sacramentum. ita defi-  
ninitur: Sacramentum est rei sacre signum. i. gratie. qd  
per singula aparet: Primum namq; sacramentum. bap-  
tisma est: in quo anime disposite. donat in gres gratia.  
sub signo aque. & uerborum prolatorum. in nomine. p. &  
f. & .s. s: Aqua enim ista. lauat ab omni immundi-  
tia. & non modo. lauat nos ut cetera aque. sed infundit  
super nos gratiam dei: Que nos restituit in statu ori-  
ginalis iustitie: Secundum sacramentum est. confirma-  
tio. que signo crismatis. cum aliquibus uerbis. signi-  
ficatur. magnam etiam suscipientibus. conferens gra-  
tiam: Hoc tamen non est necessarium: Tertium est  
eucharistie sacramentum: in quo sub signo. seu sub  
specie panis & uini. non modo ueram gratiam acci-

dentalem habemus. sed etiam uerum effectum gra-  
 tuitum. hoc est. q̄ ibi uerum. & nō imaginatum cor-  
 pus xp̄i. ac eius uerissimum sanguinem adoramus.  
 que sub illis signis. panis & uini. uere continentur.  
 Quod diuinū sacramētum. alia omnia superat. &  
 excedit. uti ab octaua dis. libri nostri quarti. usq; ad  
 quartādecimā uidebim⁹. In quo tractatu (dñi mei)  
 Scotus noster. non solum alios sed semetiḡm supe-  
 rauit: Neq; ei tantum crucifixus loquutus est. Sed  
 ip̄a totta trinitas: Quartum sacramentum est peni-  
 tentia. que non certa habet determinata signa / licet  
 signis aliquibus a nobis. culpā auferat. & gratiam  
 condōnat: sacramentum illud. post perditam bap-  
 tismi gratiam. quod per primam nauim significatur /  
 illi in recuperando gratiam. equipolens efficitur.  
 ideo per secundam naufragii tabulam significatur:  
 Quintum est sacramentum matrimonii. quod per  
 signum uerborum de presenti expressorum. magnā  
 gratiam contraentibus in esse. significat: uerum q̄  
 ignari rerum. huius sacramenti. multa signa ponūt.  
 ut in digito anulus: potatio uini: oscula mutua: mu-  
 tuiq; amplexus: putant & aliqui. q̄ hec signa. & etiā  
 carnalis copula / signa sint potissima. & de matrimo-  
 nii diffinitione. quod equidem. nos falsum dicimus  
 & affirmamus: Sextum sacramentum est ordinis:  
 quod. septem integratur ordinibus & signis / multā  
 grām significantibus: Septimum & ultimum. extre-

ma. dicitur. unccio. que p multa sensibilia signa. mul-  
tam gratiam significat. Hec sunt. p. C. nostra uictri-  
cia signa. contra hostes xpi & dei: Hec sunt nostre  
redemptionis. uere signata remedia: nostre saluatio-  
nis dico / sanctissima auxilia. que significata fere / fue-  
runt. per sanguinem. & aquam / a xpi latere / i crucis  
ligno manantes: & oia ista sacra signa. no absq; signo  
crucis sanctissimo conferuntur. Quod signu. demo-  
nes ipos uincit. & fugat. Ideo sancta canit ecclesia. p  
signu crucis. de inimicis nostris. libera nos deus no-  
ster: & alibi cantat: Ecce lignum crucis. fugite partes  
aduerse: Omnia et quecuq; agimus. i hoc sancto si-  
gno crucis inchoamus: Ultra postmodum hec septi-  
m signa. in hoc quarto libro. de aliis misteris &  
signis. mgr Sen. pertractat: Quem nr. Sco. ad pro-  
positu sectat. Pertractat iqua post hec. de iudicio ge-  
nerali. siue de resurrectione omniu homium: Quam  
admirabilem resurrectionem. plura precedet signa.  
ut xps dñs noster i euangelio nos monuit inqens. Si-  
gna que precedent. hec erut &c: Et in alio loco dicit:  
ab arbore autem fici. discite parabolā &c. que cum  
folias mittit. scitis. q; iā prope est estas. Scribit Nico-  
laus noster Liraitanus. q; per multos ante dies. mul-  
ta aparebunt signa. hanc ineffabilem resurrectionem  
significantia. Hanc materiā dilucidādo. subtilis doc-  
tor noster. Istoriā de anima q; bene aperit & enucle-  
at: Ceterq; de penis. & de suppliciis malor; spirituu.

250.  
& de igne eos cruciante. cognitionem nobis tribuit.  
qui ignis & signū & istrumētum diuine est iustitie:  
Postremo ac ultimo. d̄ sūma felicitate & nostra bea-  
titudine. subtilissime scribēdo. Sco. noster. in hoc li-  
bro quarto. q̄ta ac quāta archana & diuina recōdita.  
suo profundissimo ingenio. pandit ac lucefcere facit:  
Que perpetua beatitudo. nō mō in signū. sed & in  
premiū. bene acte uite nostre datur: Istius. n. felicita-  
tis signū. super nos ab initio stigmatizatum est. dicē-  
te scriptura. Signatū ē super nos. lumen uultus tui  
dñe: &c. Ecce dñi & p. C. quot & quāta peximia: Li-  
ber noster quartus (quem p̄ lectura huius anni. M.  
D. II. lecturę selegimus) amplectit̄ & cōtinet: Ecce  
quātam doctrinā & admirabilem sapientiā. nostris  
ingeniis Beatus noster. Io. Sco. in hoc quarto. Sen.  
uolumine. largitur: Imo fari possum⁹. q̄ iusto quar-  
to libro. largitus ē nobis sūmā deitatem: De uita. de  
q̄ morib⁹. & doctria. doctoris nostri. Sco. memini  
me elapso anno. in istis scolis. satis in mediū aduxif-  
se: Dum primū sen. librum legere īcepimus. luceq̄  
clarius suū notum est diuinissimū ingeniū. quod ne-  
mo satis laudare posset. nec refferre oratione. magni-  
tudinem sapientie sue: Quam nos oēs. si scire cupi-  
mus: Si in sacris litteris proficere optamus. Si alios  
docere. & instruere intendimus. omni solertia sequi  
debemus: Et si. Scoto. amorem gerimus. uigiliis nō  
parcamus. neq̄ lucubrationibus: Totto animo. tot

120  
tisq; sensibus. Sco. prosequamur: At cum signum  
amoris/operis sit exhibitio/exibeamus nos metipos:  
in omni patientia/& humilitate: in studio perfecto.  
& non simulato/scientie/ quarti libri. sen. Nihil ad stu  
dia nostra. in hac florentissima ciuitate deest: Sub  
protectione alax bentiularum. uiuentibus. nil nisi  
bonum/esse potest: Vnū uobis tantū deesse uideo  
(auditores. car.) Interprete. n. egetis optimo. q. scoti  
subtilissima. in hoc libro/fundamēta. longe melius.  
interpretari: declarareq; sciret. & ualeret. q̄ ego. Mar  
can. Ticinensis/inter scotistas minimus: Attē (domi  
ni mei) unum me reficit. q̄ quatuor precedentibus  
annis. me ī hac scotica militia. minus expertem. gra  
tum habuistis: Non uos igitur pigeat. me etiam / in  
posterū audire. Signa. n. uobis dedi quotidiana/ma  
ioris doctrine. & experientie: Iam. xx. agit̄ annus/q̄  
Sco. discipline. operā damus. Xi. q̄ inchoat annus.  
q̄ publice Scotum legimus. & interpretamur: & par  
thenope. & Ferrarie. & hic Bonōie: Dicereq; licet. q̄  
coram deo/& uobis. creuerim etate. & sapientia: Ve  
rum enim uero/ad mea studia. minime piger ero. &  
ad lucernas meas/ut uestris promptissimis ingeniis/  
satisfare ualeam: Sed super omnia. scotum sequar:  
Qui uidēs hec sacramēta. signa eē gratie. & diuini  
muneris. que gratia. a solo deo creari pōt/ disputato  
riam questionem de creatione/per modum prefatio  
nis. ad quartum n̄rum librum facit: Vbi/ & in qua.

deter  
creare  
datur  
in om  
ipse. f  
mul.  
illum  
& pie  
nostr  
dium  
felice  
uare:  
& f. 8

Si

determinat & cōcludit. Solam uirtutem infinitam/  
 creare posse: aqua omne datum optimum: & omne  
 datum perfectum est: & ad quam. pro impetrando.  
 in omni re auxilio/ recurrēdum censuit: non modo  
 ipse. sed oīs theologorum scola: Sic ergo oēs nos/ si  
 mul. una: uno ore: un oq; corde. pias ad samaritanū  
 illum piissimū fundamus preces: qui clemētia sua.  
 & pietate. gratiam uini & olei sui. in hoc principio  
 nostro. nobis largiri / atq; cōdonare. & ad bonū me  
 dium. optimum ue finem. perducere. & assidue nos  
 felices. in suis signis: & sacramentis. regere. conser  
 uare: ac semper custodire. digneur: In nomine. p.  
 & f. & s. sancti. Amen.

## F I N I S.

Signum. Recte. & Iuste. impress. cape lector.  
 a nomine. Bened. Hecto. Bono. Phy.

Beroaldi. oper. imp̄ssoris. Qui  
 sua. Benigni. nostrā: Oratio.  
 tā dechoro libello. Impri  
 mere: ac ornare uoluit:

Bononie die. pri  
 mo Februarii.

M. D. III.

